

Cum sero autem factum esset dixit dominus uinea procuratori
 suo; Uoca operarios & redde illis mercedem incipienti a nouissi-
 mis usque ad primos; Cum uenissent ergo qui circa undecimam
 horam uenerunt acceperunt singulos denarios; Venientes
 autem & primi arbitrati sunt quod plus essent accepturi
 acceperunt autem & ipsi singulos denarios; & accipientes
 murmurabant aduersus patrem familias dicentes; hi nouis-
 simi una hora fecerunt & parer illos nobis fecisti qui porta-
 uimus pondus diei & aestus; At ille respondens uni eorum
 dixit; Amice non facio tibi iniuriam; nonne ex denario
 conuenisti mecum; tolle quod tuum est & uade; Volo aut
 & huic nouissimo dare sicut & tibi; Aut non licet mihi quod
 uolo facere; an oculus tuus nequam est quia ego bonus sum;
 sic erunt nouissimi primi & primi nouissimi; multi enim sunt
 uocati pauci autem electi; **E**t ascendens ih̄s hierusolimam
 Assumpsit duodecim discipulos secreto & ait illis; Ecce ascendim
 hierusolimam & filius hominis tradetur principibus sacer-
 dotum & scribis & condemnabunt eum mortem & tradent eu
 gentibus ad deludendum & flagellandum & crucifigendum
 & tertio die resurget; **T**unc accessit ad eum mater filioru
 Zebedae cum filiis suis adorans & petens aliquid ab eo; Quid dixit
 ei; quiduis; At illi; dic ut sedeam hic duo filii mei unus ad
 dexteram tuam & unus ad sinistram; **R**espon-
 dens autem ih̄s dixit; nescitis quid petatis; potestis bibere
 calicem quem ego bibiturus sum; dicunt ei; possumus;
 At illis; calicem quidem meum bibetis sedere autem ad
 dexteram meam & sinistram non est meum dare uobis;
 sed quibus paratum est a patre meo; **E**t audientes de eodem
 indignati sunt de duobus fratribus; ih̄s autem uocauit eos ad
 se & ait; Scitis quia principes gentium dominantur eorum;

m. cci.

m. cxii.
L. cccxii.

m. ccm.

m. cxiii.

m. ccm.

m. cxiiii.
L. cclxx.